



Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Caput Septimum. De scholari contracto qui ad sepulchrum Martyris
reualuit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

Caput Septimum.

A

De scholari contracto qui ad sepulchrum Martyris reualuit.

CIVIS Confluentinus puerum scholasticum habuit adeò contra-
etum, vt dimidio anno pedem in terram deponere non posset.
Iussit ergò eum duci Coloniam, & plena fide martyris sepulchro im-
poni. Fit ita: & ecce mox laxantur necui, puer à monumento se submit-
tit in pedes, atque ad hospitium suum gratulabundus abscedit.

Notatio ad Caput Septimum.

B

Theoderi-
cus von der
Arceen. **M**Anuscript. ait, ciui huic Confluentino nomen fuisse
Roricum, cognomen von der Arceen; Filium Rorici &
grum vocatum Theodericum.

Numerus
Capitulo-
rum muta-
tur. **H**oc septimum caput editio Suriana cum præcedenti mi-
raculo de paralytica restituta continuat, sed manuscriptus
ab eo diuidit, ideoque deinceps etiam numerum capitum C
mutandum duxi.

Caput Octauum.

De obtrectatore Martyris punito, iterumque curato.

Punitur
contume-
liosus mar-
tyris ob-
trectator. **A**VRI FABER quidam Sibergensis adeò noluit fidem adhibere mi-
raculis martyris, vt quoties eius audiret prædicari sanctitatem, vel
irridiceret, vel contradiceret. Et quinam, inquit, vel dici, vel esse potest
sanctus, cuius iussu multæ inflammata ædes, multi spoliati sunt, &
quem multorum malorum constat fuisse authorem? Sed Deus marty-
ris iniurias diutiùs fere non sustinens, blasphemum hominem subiò
tanta vi morbi oppressit, vt se quamprimum crederet è vita abiturum.
In se igitur reuersus, veretur ea causa se percussum, quod martyri detra-
xisset. Iubet ergo Coloniam se adduci, venit aliorum manibus ad se-
nitati resti- pulchrum martyris, fatetur illi culpam suam, inter cæteræ cœbrò hec
tuitur. repertit: Domine, per merita tua & sanctum martyrium tuum, adiuua
me miserum. Interim dicit ad circumstantes: Ecquis me aqua benedi-
cta adspersit? Respondent omnes: Nemo nostrum te adspersit. Ille re-
petit: